

Quamquam & ipse nepotem cognominem habuerit, eiusdemque instituti Dominici professorem, eximia sanctitatis fama apud suos, exterisque clarissimum; cuius pietatem, mentemque divinis charismatibus perfusam commendat Diva Theresia, epist. 16. quæ est ad Rev. P. Dominicum Bañez. Verum obiit Canus noster anno 1560. die 6. Novembris. Nepos autem vivere desiit anno 1607. die 30. Martii.

INDEX LIBRORVM, ET CAPITVM.

LIBER I.

- C**AP. I. De totius operis partitione. Pag. 1.
Cap. II. De duobus generibus argumentorum, quibus omnis disputatio transigitur. 2
Cap. ultim. De locorum Theologicorum numero, atque ordine. 3

LIBER II.

De auctoritate sacra Scripturae.

- P**ROCEMIUM. 5
Cap. I. De sacrarum literarum solidissimo firmamento, & quatuor machinis, quibus illud impetitur. 8
Cap. II. Vbi argumenta referuntur suadere volentium, quod Deus fallere aliquando potest. 10
Cap. III. Ostendit, Deum nec per se, nec per alium fallere unquam posse. 12

k 2

Cap.

Cap. IV. Vbi argumenta Cap. II. diluuntur.	16
Cap. V. Vbi quatuordecim libri e sacris Bibliis numerantur, quos quidem vel ambigunt esse canonicos, vel certe a canone reiiciunt.	34
Cap. VI. Continet argumenta eorum, qui suadere conantur, scripturam sacram non egere ecclesie approbatione.	35
Cap. VII. Docet ad cuius auctoritatem spectat de libris canonicis iudicare.	39
Cap. VIII. Vbi confutantur argumenta capituli sexti.	49
Cap. IX. Ostendit, illos libros, de quibus erat controversia, habendos esse sine dubio pro canonicis.	64
Cap. X. Continet argumentationes aduersariorum contra ea, quae capite superiore definita sunt.	70
Cap. XI. Vbi confutantur argumenta capite nunc proximo posita.	80
Cap. XII. Vbi eorum argumenta ponuntur, qui suadere volunt, in sacrarum intelligentia scripturarum, ad fontes Hebraicum, & Graecum recurrendum.	107
Cap. XIII. In quo veteris vulgatae editionis auctoritas demonstratur, & quod non est	

est nunc ad Hebraeos, Graecove recurrendum.	113
Cap. XIV. In quo argumenta capituli duodecimi refutantur.	127
Cap. XV. De linguarum Hebraicae, & Graecae utilitate.	141
Cap. XVI. Vbi ponuntur argumenta eorum qui sunt opinati, sacros auctores in libris canonicis non semper Divino Spiritu fuisse locutos.	152
Cap. XVII. Vbi ostenditur, singulas particulas librorum canonicorum Spiritu Sancto assistente scriptas fuisse.	156
Cap. XVIII. Vbi refelluntur argumenta capituli decimiseptimi.	159

LIBER III.

De Traditionibus Apostolicis.

CAP. I. Vbi eorum argumenta referuntur, qui Apostolicas traditiones impugnarunt.	182
Cap. II. Supervacaneam videri cum Lutheranis non de hoc solum loco, sed de quibusque aliis disputationem.	186.
Cap.	

- Cap. III. In quo quatuor fundamenta ponuntur ad traditiones Christi, & Apostolorum constituendas. 191
- Cap. IV. Vbi sternuntur viæ ad traditiones Christi, & Apostolorum investigandas. 203
- Cap. V. De variis generibus Traditionum Apostolicarum. 208
- Cap. VI. De firmitate, & certitudine Traditionum Apostolicarum. 210
- Cap. postremum. In quo refelluntur argumenta capitis primi. 216

LIBER IV.

De ecclesiæ Catholicæ auctoritate.

- C**AP. I. Quibus argumentis ecclesiæ auctoritas impugnetur. 228
- Cap. II. Quid ecclesiæ voce significetur. 239
- Cap. III. Quinam sint fideles illi, e quibus vere & proprie ecclesia confletur. 246
- Cap. IV. Quænam sit ecclesiæ Catholicæ in fidei dogmate auctoritas. 253
- Cap. V. Adversus hanc postremam conclusionem obiectiones quædam. 267

Ca-

- Caput postremum. In quo argumenta primi capitis confutantur. 276

LIBER V.

De auctoritate Conciliorum.

- C**AP. I. Argumenta continet, quibus hæretici utuntur ad huius loci auctoritatem labefactandam. 307
- Cap. II. Docet, quidnam nomen aut Synodi, aut Concilii hoc sane loco significet. 312
- Cap. III. In quo Synodorum varia genera ponuntur. 318
- Cap. IV. Vbi conclusiones ponuntur, quibus loci huius auctoritas continetur. 320
- Cap. V. Vbi nodi quidam solvuntur, quibus interdum homines etiam docti illigari solent. 331
- Caput postremum. In quo refelluntur argumenta capitis primi. 365

LIBER VI.

De ecclesiæ Romanæ auctoritate.

- C**AP. I. Vbi ponuntur argumenta, quibus huius loci auctoritas impugnetur. 386

Cap.

Cap. II. In quo redditur causa, cur sedes Apostolica quintum locum obtineat. 391

Cap. III. Tria pronunciata continet, quibus efficitur, Petri in fide firmitatem ad successores quoque derivari. 392

Cap. IV. In quo ostenditur, quod Romanus episcopus ille sit, qui Petro, & in fidei firmitate, & in componendis religionis controversiis divino iure succedat. 402

Cap. V. Vbi conclusio eadem ostenditur sanctorum veterum testimoniis manifestis. 408

Cap. VI. Vbi conciliorum clarissima testimonia referuntur, quibus ecclesie Romanae vis & auctoritas comprobatur. 411

Cap. VII. Rationibus Theologiae probat, Romanum pontificem in fidei controversiis finiendis errare non posse. 415

Cap. VIII. Vbi argumenta capituli primi refutantur. 422

LIBER VII.

De sanctorum auctoritate.

CAP. I. Argumenta complectitur, quibus sanctorum patrum auctoritas impugnatur. 445

Cap. II. Varios modos exponit, quibus de san-

ctorum patrum auctoritate potest disputari. 449

Cap. III. Certis conclusionibus patrum auctoritatem definit, atque defendit, simulque satisfacit argumentis capituli primi. 451

Cap. IV. Nonnullos Osiandri & Caietani scrupulos eximit. 481

LIBER VIII.

De auctoritate Doctorum Scholasticorum.

CAP. I. Lutheranorum in Theologiam furor: quinam veri nominis Theologi censendi. 484

Cap. II. Multiplex Theologiae Scholasticae munus exponit. 487

Cap. III. Praecipua Lutheranorum in Scholae auctoritatem argumenta complectitur. 491

Cap. IV. Scholae auctoritatem certis finibus circumscriptam tuetur, atque defendit. 492

Cap. V. Respondet argumentis capituli tertii; docetque, quid de variis Theologorum placitis statuendum. 449

Cap. VI. De auctoritate iuris pontificii prudentium. 514

Cap. VII. Quis usus iuris Canonici in Theologica facultate. 518

Tom. I. i LI-

LIBER IX.

De argumentis rationis naturalis.

- C**AP. I. Primus error in huius loci usu vitandus, ne plus æquo in re Theologica rationi naturali tribuatur. 523
- Cap. II. Extremum aliorum errorem percenset, qui a naturæ rationibus prorsus abhorrent, quorum etiam argumenta proponit. 526
- Cap. III. Memorati erroris architectos, ac sectatores percenset. 529
- Cap. IV. In quo recensitus error refellitur. 531
- Cap. V. Philosophiam Theologo necessariam ostendit. 534
- Cap. VI. Apostolos, aliosque sanctos viros naturæ etiam rationibus usos evincit. 537
- Cap. VII. Extrema quorundam Theologorum vitia in usu Philosophiæ castigantur. 541
- Cap. VIII. Quæ sit huius loci firmitas in Theologica disciplina. 543
- Cap. IX. Satisfacit argumentis capite secundo propositis. 545

LIBER X.

De Philosophorum auctoritate.

- C**AP. I. Huius loci pertractandi necessitatem exponit. 557
- Cap. II. Vbi argumenta proponuntur, quibus Philosophorum auctoritas elevatur. 559
- Cap. III. Qui Philosophi sint Theologis utiles. 560
- Cap. IV. Quam habeat in re Theologica certitudinem Philosophorum auctoritas. 564
- Cap. V. Quibus finibus Aristotelis auctoritas circumscribenda. 569
- Cap. VI. Vbi satisfacit argumentis capite secundo positis. 575
- Cap. VII. De iuris civilis in Theologicis controversiis auctoritate. Quibus impetatur argumentis. 576
- Cap. VIII. Iuris civilis studium Theologo utilissimum probat. 577
- Cap. IX. Quæ vis, aut potestas argumenti ex iure civili desumpti. 579

ALOYSIVS VERNEIVS,
IN APPARATV
AD PHILOSOPHIAM, ET THEOLOGIAM,
Romæ 1751. Pag. 518.

eorum qui sæculo 16. in Theologia nobiles habiti sunt, eminet Melchior Canus Dominicanus, de quo iam sæpe mentionem fecimus, qui editis libris 12. *de Locis Theologicis*, ex quibus argumenta Theologi sumere possint, & ad refellendos Hæreticos, & sacra dogmata confirmanda, magnam sibi famam comparavit. Hos Cl. Serrius Dominicanus, & ipse iterum formis descripsit, & præfatione instar prologi Galeati ornavit: (1) quo Canum a vituperationibus suorum adversariorum defendit. Nimirum Canus, qui in primis nequos æqualium suorum notavit, in varias reprehensiones incidit, a quibus eum liberarunt Theologi gravissimi. Plurimis tamen placuit illa philosophandi ratio Cani, etiam Iesuitis nonnullis a quibus vehementer laudatur (2). Certe iudicio, eruditione, elegantia nemini sui temporis concedit: usque adeo ut etiam in præsentia, qui de Locis Theologicis aliquid explicant, Canum reddere toto animo contendant.

FRA-

(1) Patavii anno 1714. 4. (2) Possevinus, *apparat. sacr. tom. 2. pag. 101.* Franciscus Garcia, in *Prolegom. evangel. concionatoris, de ecclesiæ Canariensis Præfulibus.* Pallavic. Cardinalis, in *vindiciis societatis Iesu, cap. 28.* Benedictus Pererius, *commentar. in Daniel, libr. 12. cap. 7.*

FRA TRIS
MELCHIORIS
CANI,

ORDINIS PRÆDICATORVM,
& sacrae Theologiæ professoris, episcopi Canariensis, ac primariae cathedræ in academia Salmanticensi olim Præfecti:

IN LIBRVM

DE LOCIS THEOLOGICIS PROOEMIUM.



Æpe mecum cogitavi, Lector optime, boni ne plus is attulerit hominibus, qui multarum rerum copiam in disciplinas invehit, an qui rationem paravit, & viam, qua disciplinæ ipsæ facilius, & commodius ordine traderentur. Nam & rerum inventoribus nos debere multum, negare non possumus, & debemus certe iis multum, qui ratione, atque arte res inventas ad communem usum accomodarunt. Equidem, cum veterum eruditionem confidero, &


va-

variā in eīs doctrinæ supellectilem animo colligo, non minimam video per hos invec̄tam esse partem commodorum. Cum autem iunioris scholæ operam & curam repetere instituo, plurimas utilitates intelligo novæ huius artis subsidio, & diligentia comparatas. Ac me sane diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit, ut existimem utrosque de bonis artibus iuxta esse benemeritos. Quoniam etsi prisci doctrinarum auctores doctissimis quibusque, ac diligentissimis magnam divitiarum copiam suppeditavere: at recentiorum inopia docendi facilitate pensatur: qua in rudium & inertium animos artificiosius influunt, & quæ fuscè olim disputabantur ac libere, ea nunc articulatim pressèque dicentes, lucem non parvam inventis priscorum obscurioribus afferunt. Atque hac una in re, quantum animi mei coniectura colligere possum, iuniores vel pares antiquis, vel etiam superiores reperientur, cæteris omnibus longe inferiores. Certe post priores illos, in rerum inventionem tribuere sibi posteriores vix quicquam possunt. Ordinem vero, dispositionem,

nem, perspicuitatem sibi si assumunt, videntur ea iure suo quodammodo vindicare. Quapropter utrisque legendis efficiet Theologus scholasticam disputationem sine dubio pleniorē. Nam ex illis quasi materiam, ex his tanquam formam differendi mutuatus, potens nimirum erit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Quod est (ut Apostolus Paulus ad Titum ait) Christiani doctoris præcipuum institutum. Cuius explicandi desiderium omnino me movit, ut de Locis Theologicis disputationem iustituerem, viris doctis (nisi me opinio fallit) non prorsus ineptam, indoctis vero magnopere necessariam. Id autem eo libentius feci, quod nemo Theologorum adhuc, quod equidem sciam, genus hoc argumenti tractandum sumpsit: cum præter communem illam artem differendi, quam a dialecticis accepimus, aliam Theologus habeat necesse sit, aliosque item ad disputandum locos, unde argumenta non quasi communia, & aliena, sed tanquam propria ducat, & suis dogmatis confirmandis, & adversariorum sententiis refellendis. Hoc
vero

vero opus, arduum quidem illud, statim exordior, si prius animo demisso, atque humili ad opem Iesu Christi supplex, abiectusque confugio. Non enim ego illud aut ingenio, aut eruditione mea fretus aggredior, sed Spiritus Sancti auxilio, atque favore; quem si Pater & Filius mihi ad hunc librum conficiendum impertierint, operæ pretium haud mediocre, ut spero, Theologis facturus sum, in quorum gratiam vel maxime opusculum editur.

DE



DE LOCIS
THEOLOGICIS
LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De totius operis partitione.



DE locis ego theologicis perpetuam orationem habiturus, totam mox in quatuordecim libros partiri constitui. Quorum primus breviter enumeret locos, e quibus idonea possit argumenta depromere, sive conclusiones suas Theologus probare cupit, seu refutare contrarias. Decem reliqui erunt, qui fusius & accuratius doceant, quam vim unusquisque locorum contineat, hoc est, unde argumenta certa, unde vero probabilia solum eruantur. In duodecimo, & tertiodecimo differetur, quem usum eiusmodi loci habeant, tum in scholastica pugna, tum in sacrarum literarum expositione. Nam in concione populari quis eorum sit usus, haud sane difficile dictu est: sed prætereundum tamen, ne ab scholæ instituto aliena videatur oratio. Postremus denique liber, quoniam non omnes loci omni disputationi conveniunt, sigillatim ostendet, quibusnam argumentis proprie adversum hæreticos, quibus peculiariter adversum & Iudæos, & Saracenos,

A

nos,